



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Habacvc Propheta

Habakuk

Argentorati, 1526

VD16 B 3952

Ecce auro et argento obductum est, neq[ue] quisquam in eo anhelitus est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35974

ANNOTATIONES

altitudine, totidem latitudine complecteretur. Immensa
auri, inutilis tamen, hominibus illis, copia superfuit. In
causa erat, quod Assyriorum Imperium tam amplum
& opulentum erat, omnibus omnium terrarum facul-
tatibus ad sese raptis.

**Væ illi, qui ligno dicit, Euigila, Et la-
pidi muto, Surge.**

Ludibrium est hoc, quod tum canetur & iactabi-
tur, deuastatio is tempore. Agedum, lignū tuū & lapi-
dem nūc inuoca, quæ tu in Deos transformasti, & pro-
dijs coluisti. Quam fœde & turpiter nunc te deserunt
Vides nunc, opinor, lapides & ligna fuisse. Nam & si
ea inuocaueris, dicens. Auxiliare mihi Deus meus, Eu-
gila Bel meus. Exurge Nebo meus et eripe me, nihil au-
dit, est enim lignum et lapis auro obductus.

Ipsū ne doceret?

Hoc est, quo pacto bene tibi consuleret idolum? Est
mutus tamen lapis. Nam ueri Dei officium est, populū
suum, per uerbum suum, erudire, bonisq; consilijs in-
struere.

**Ecce auro et argento obductum est, ne
& quisquam in eo anhelitus est.**

Miserū & infelicem deum, qui auro sese & argen-
to cōprehendi et capi sinit, cui neq; spiritus nec uita in-
si. In huiusmodi ironia & subsannatiōe pro Iudeorū
consolatione

consolatione Propheta commoratur, ut certi sint redēptionis suæ, uti recitatum est, ut ne qua uia ad incredulitatem recidant, ne uel tum operibus Dei tum uerbis offendatur. Ad quæ illis tum grandis occasio erat, quomodo Babylon adeo potens erat firmaq; cōsideret, ipsi interim uero dereliquerentur deuastarenturq;.

Enim uero Dominus in templo sancto suo est. A facie eius nemo non sileat.

Non in argentum aut aurum fabrili opera impatius est, Ast in templo suo est, id est, pallatio & regia aula, quæ cœlum est, & ubicunq; per uerbum suum commoratur. Adhuc tamen potentia tanta & maiestate fulget, ut præ eo sibi uniuersus mundus timeat, & conticescat, ut pro sua ille uoluntate cum eo agat. Id est, Omnipotens est, adeoq; uastum gubernat orbem. Atque is sanè, DEVS mihi uerus esse potest. Nam tametsi gentes & Heretici iniuria & sectis, aduersus illum contabescant & seuiant, ad tempus usq; desinit permittere. At repente illis ostendere potest, quo omnes intercant, & in nihilum demigrent, & coram aduentu eius sileant. Vox enim ea, (præ eo, aut ante faciem eius) tantum in Hebræo sonat, ut quando aduenit, aut faciem ad nos adueniens iam uertit, uti Malachie tertio de Iohanne scriptum est. Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, i. ante aduentum tuum, aut quando ueneris